Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



prompsi promptum · dempsi demptum · Compsi comptum · emi emptum Campsi camptum non captum · p · retinet · Pessimus p duplex s non per y scribi debet / Cum suplativa in ximus nulla nisi maximus et proximus terminent · Morsha sive imitativa ~~ubi~~ verba tam per s duplicatum ut matrisso patrisso fratrisso / qz per z scribi possunt matrizo patrizo fratrizo · Nitor · niteris ubi quando ad corporum corpus referitur / per y nyms / Ad animum vero relatum nisus per vnitum · s · preditum format / Ac ista tibi de generalibus orthographie regulis scripsisse sufficiat / Quod reliquum est de singulis vocabulorum scriptionibus ex auctorum frequenti lectione ipse tibi usus administrabit

De rethorice studio

Inter grammatice studia · solent et rethorice monstrari precepta / Nam et dum legunturur oratores / atqz poete · ipsius inde rhetorice panditur / Sunt ibi colores · sunt ornatus · sunt sentencie · Vituperant · laudantur qz homines / Assunt indicia suasiones · nulla rethorice pars est / si poetis atqz historiis non occulta / Sed in his usus est / regule apud ~~auctores~~ oratores tradunt · Cicerone potissime atqz Quintiliano / Est et Aristotelis rhetorica hoc modo stude in latinum translata Admodum utilis / In his tuto potes versari Alij rudes sunt ac de docere magis qz doce